



1779.15.

DE
RATIONE VSVRARVM
IN CONDICTI^{ON}E EX L. II. C.
DE RESCIND. VENDITIONE

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVSEBURGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE IX. APRIL. ANNO 1779.

D I S P U T A T

A V T O R

IOANNES GOTTHELF CAROLVS KEYLING

SCHEEBERGENSIS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



DE
RATIONE ASYRARIUM
IN CONDICIONE EX LII C
DE RESCIND. AENDITIONE
ILLUSTRISSIMUM ORDINIS GRATIA
PRAESES
D. CHRISTIANO HENR. BREUNING
PROFESSIONIS ORDINAT. AAR. NAT. ET CENS.
ET SOCIETAT. TITULAR. DISCIPLINAR.
SODA
IN AUDIOTOTO IURIBUS
DIE IX APRIL ANNO. MDCCLXVIII
DISPUTAT
AVATOR
JOANNES GOTTHILF COROLAS REYLING
EX OFFICINA FRANCISCHINI ET
FILIALE

DONNE PERILLVSTRI
GENERALISSIMI
DOMINO
PERILLVSTRI ATQUE GENEROSISSIMO
CAROLO FERDINANDO

A LINDEMANN

VICARIO PRAESIDI CAMERAE SERENISSIMI
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE
CAET.

MAECENATI OPTVM O

DOMINO
TERITAS TRI ALIAE GENEROSSIME
CAROLO HERDINANDO
A JINDEMANN
ACVRYO PRÆSIDI CVMIKVE SERENISSIMI
TRINICLIS LITCOPIS ZVZONAE
CAEVI
MÄGENATI OTTO

DOMINE PERILLVSTRIS
GENEROSISSIME
MAECENAS OPTVME

Et magnitudo et multitudo beneficiorum, quorum cumulo DONINE PERILLVSTRIS non tantum parentem meum ornasti, qui TIBI omnem suam fortunam debet, sed et quae in me contulisti gratiosissime, non suadet solum, sed iubet gratitudinis et submissionis, quandocunque fieri potest, monumentum ponere. Evidem multum audaciae inepti meo conatui, qui PERILLVSTRI TWO NOMINI levissimum libellum sacrum esse inbeo; sed summa et maxima obligatio, qua me deuinctum scio et profiteor, superat audaciam, cuius veniam propterea me impetraturum spero. Permitte itaque MAECENAS OPTVME, ut omni animi mei pietatis atque debitae gratitudinis vinculo satisficiam,

faciam, et publice teſter, me meosque omnes ad ultimum
vitae punctum TIBI eſſe obſtričiſſimos deuinctiſſimosque.
Permitte etiam DOMINE PERILLVSTRIS, ut me, meam
fortunam meaque omnia GRATIAE TVAE grauiſſimae
ſubmiſſiſſime commendem, qui ſemper ero

PERILLVSTRI AC GENEROSSIſſIMO
N O M I N I T V O

Lipfiae
d. ix. April.
CICCCCLXXXIX.

IOANNES GOTTHELF CAROLVS KEYLING
SCHNEEBERG.



RATIO VSVRARVM
IN
CONDICIONE EX L. II. C.
DE RESCIND. VENDIT.



Non omnino animus est, integrum commentarium scribere ad Rescriptum DIOCLETIANI et MAXIMIANI in L. 2. C. de rescindenda vendit. Satis sit, ex Inscriptione ostendere, esse tantum rescriptum per subnotationem priuato cuidam, cui nomen Lupi est, datum. Indicari facile ex hac posita notione possit, non in eo rescripto Imperatorio vim edictalis legis esse ponendam, sed applicationem in eodem themate quaerendam, ut hinc nec emitori, nec locatori, nec conductori, nec

IV

vlli, qui oneroſo titulo rem acquiſiueraſt, huius conſtituti iuriſ applicatio a verbis legi ſemper alieniſſimae conceden-
da videatur; quae ſententia eo verior, quo certius eſt, iura ſingularia, inter quae hoc reſcriptum referendum, non ad-
mittere interpretationem, quam vocant extenſiuam. Sed
quaecunque etiam ſtatuaſ theoria, quae ſentiant **CVIACIVS**
Obſeruat. L. XVI. Cap. XVIII. aliique de maſcula Iuriſpruden-
tia meritiſſimi viri, imo, quae naſtriae et veritati ſint conuenien-
tiſſima; tamen negari nequit, *forum* aliſ ſentire. Aliſ *forum*
eas opinioſes, quas vel *Glossatorum* verae Iuriſprudentiae
ignorantia, vel Ramiſtica docendi ratio produxit. Non
quidem negandum, retractationes in variis ſententiis olim
receptis factas eſſe in foro; at in hac materia opinioſes ſe-
mel inueteratae tam altas radices egero, vt vix retractatio
poſſibilis videatur, cum in prouincialibus legiſ compo-
batae leguntur. Applicatio itaque huius legi occaſionem
nobis tantum dat, quaefiſionem explicandi, quae uſuras tan-
git, ſi condic̄io ex ea inſtituitur.

Et vero de ea quaefiſione recte iudicare queāmus, ſpe-
ciem dabimus, quae ſcribendi dat cauſam. Deprehendi
eam apud *Antonium de PADILLA in Comment. in quaedam Im-*
perat. Reſcript. et nonnulla Iureconsuſt. Reſpons. ad L. 2. C. de
Reſc.

Resc. Vend. p. 444. At cum nil ibi deprehenditur, quo re-
ctius iudicandi argumenta appareant, exactius causam ora-
bimus. Species vero facti haec esto: Vendit Titus Caio
rem, quaecunque sit, perinde est, minori pretio, ita; vt,
cum ne dimidium iusti pretii accepisset, atque enormissime
se laesum crederet, vti posse arbitraretur remedio L. 2. C.
de Resc. Vend. Hac ergo actione instituta, manuult emtor,
quod iusto deest pretio, supplere, quam ab emtione disce-
dere. Hinc quaerebatur, an etiam cum supplemento pretii
vsuras et petere, et in vsuras suppleti pretii simul conden-
nari possit emtor.

§. III.

Antequam ad ipsius quaestionis resolutionem venia-
mus, necesse est, vt ipsum Rescriptum accurate perspicia-
mus: Ait in L. 2. C. de Resc. Vend. Imperator DIOCLE-
TIANVS cum MAXIMIANO: *Rem maioris pretii, si tu vel pa-*
ter tuus minoris diffraxerit: humanum est, ut vel pretium te re-
filituente emtoribus fundum venundatum recipias, autoritate iudi-
cis intercedente: vel, se emtor elegit, quod deest iusto pretio, re-
cipias. Minus autem pretium esse videtur, se nec dimidia pars
veri pretii soluta sit. Verba non egent interprete. Omnis
quaestio videtur eo pertinere, vtrum remedium sit, quo ven-
ditio rescinditur, quod venditori datum, an vero alternativa

VI

iuris petitio in eo rescripto continetur. Posterior opinio prope videtur communis, hinc alternativa petitio libellis plerumque exprimitur, ut videlicet, quod iusto pretio deest suppleat, vel ab emtione emtor discedat. Opinionis huic pondus dare videntur verba: *vel si emtor elegerit.* Quoties enim eligere mihi datur, necesse est, ut alter mihi eligendi materiam praestet. Hinc omnino recte agere videntur actor si alternativa petat, ut dein eligere possit reus. Non transcribo, quae BOEHMERVS dixit dist. de libell. alternat. Satis sit, ex iis verbis necessitatem petiti alternatiui negare. Nam verba, quae praecedunt et rubrum Tituli contrarium probare videntur. Imperator enim ius singulare ita concedit venditori, cum *humanum dicat fore, vt pretio restituto emtoribus fundum venundatum recipiat, autoritate iudicis intercedente.* Vult itaque Imperatoria humanitas, ut petat venditor a iudice, ut rescindat venditionem, et sic emtorem ad restituendam rem emtam compellat restituto tamen pretio, quod venditori ab emtore solutum fuerat. Cum tamen pretium ab arbitrio, ut maximum penderet et consensu certum factum, sicque stricto iure venditio valida, concedit Vox Augusta emtori beneficium, ut iudici non liceat rescindere venditionem, si elegerit, vel apud se constituerit et maluerit, quod deest vero pretio, supplere. In hanc causam obligat lex venditorem, ut illud supplementum pretii venditor tunc necessario recipiat, et sic actio illa de-

re-

rescindenda venditione evanescat. Intuitu itaque venditoris Rescriptum venditori dat rescindendi venditionem remedium, emtori vero exceptionem, quia, si velit uti, neque rescindatur venditio, nec ipsa actio continetur.

§. IV.

Pater ergo ex antea dictis in arbitrio emitoris esse solvere, quod pretio iusto deest, hinc dici non potest, emtorem esse pretii debitorem, quippe si suo, quod ei lex concedit, beneficio uti nolit, recipit rei antea emtae pretium ipsamque rem venditori restituit. Nunquam ergo in mora erit solvendi pretii residui iusti, quam ab eo tempore, quo elegerat, pretium, quod iusto deerat, supplere. Praeterea nec mora cogitari poterat ob eam causam, quia in folio venditoris arbitrio positum, an suo ab Clementia Imperatoria obtento beneficio uti velit, quo posset rescindere venditionem antea minori pretio accepto initam. Poterat etiam seruare venditionem, et tunc nihil debebat emtor, neque enim non rescissa venditione restituebat rem, neque supplebat pretium. Morosus itaque nunquam esse poterat, cum debitor amplius non esset venditoris, nisi hic, instituta conditione rescissurus venditionem, occasionem daret, emtor residuum iusti pretii promittendi. Ad illud enim temporis punctum emtio valida habebatur, ut ex ytraque parte ad impleto

VIII

impleto contractu a venditoris partibus, tradendo, ab emitoris, soluendo pretium, neuter alteri amplius obligatus haberi posset.

§. V.

VI

Quae cum ita sint facilis erit thematis diiudicatio atque ipsius controversiae decisio. Sit ergo ante quinquennium contractus emtionis venditionisque celebratus, quo Titius enormissime laesus. Hoc quinquennio elapso vtritur conditione ex L. 2. C. de Resc. Vend. Neque enim, cum remedium ciuale sit, prius praescriptione expirabit conditio illa, quam elapso spatio XXX annorum. Poterit itaque elapso quinquennio agere. Eligit emtor remedium impedendi contractus rescissionem, oblato, quod deerat iusto, pretio. Nam singamus illud quod deerat iusto pretium efficere centum Vallenses; quaeri potest, vtrum satis sit, si centum soluat, an etiam in singulos illos quinque annos quincunces addere debeat usuras, vt tota ergo summa centum et viginti quinque vallenibus soluenda veniat. Omnino emtorem obligari ad illas quicunxes suaderet, quod duplex lucrum percepit cum venditoris damno. Nam non solum rei maioris pretii plenissimum usum fructumque percepit a tempore consumati contractus, sed etiam, cum minus pretium, quam quod iustum erat, soluisset, residui pretii retinebat

bat

bat plenum ysum. Carebat vero venditor residuo illo pre-
tio, qui tantum minoris pretii ysum habuerat. Locuple-
tior itaque fieret cum detrimento vendoris emtor, vt hu-
manitas imponat emtori obligationem soluendi simul cum
residuo iusti pretii ysuras. Suadere quodammodo potest
argumentum ex PAVLO desumut in L. 16. §. 1. π. de Vsur.
Scribit: *Cum ysurae pretii fundi ab eo, qui a fisco emerat, pe-
terentur: et emtor negaret traditam sibi possessionem, Impera-
tor decreuit, iniquum esse VSURAS AB EO EXIGI, QVI
FRVCTVS NON PERCEPISSET.* Inferri ergo a con-
trario poterit argumentum: *aequum esse ysuras ab eo exigi,
qui fructus percepit.* Emotor vero fructus percepit maiores,
quam ex pretio minori habere potuisset, quo rem emerat,
vt omnino ysurarum praefatio eidem imponenda videa-
tur. Suadet praeterea etiam aequitas, quae interdum cau-
sam dabit adiudicandarum ysurarum, vt emtori illarum
soluendarum necessitas imponatur, cum vendor per quin-
quennium carere debuerit reliquo iusto pretio non soluto,
cum ne quidem dimidium acceperat, cuius minoris pretii
ysum tantum habere potuerat.

~~argumētū h̄a utrūq̄dā emtōdā soluētā dīpōdā
m̄tōdā n̄dā rēndētā dīlōdā~~ §. VI. ~~argumētū dīpōdā m̄tōdā~~
~~m̄tōdā rēndētā dīlōdā~~ Sed his argumentis non obstantibus puto liberandum
omnino esse emtorem a necessitate soluendarum ysurarum.

**

Cum

Cum enim nec lex adsit, qui emtori obligationem hanc imponat, nec promissio praecedere possit, quod emtor se amplius ultra solutum pretium obligatum habere haud posse, nec demum, quod antea probauimus morosus dici quae tamen iustae vsurarum exigendarum causae sunt; omnino satis erit, si quod iusto adhuc deerat pretio soluat. Nec ipsum Rescriptum Imperatorium amplius quidquam ab emtore exigit, quam ut, *quod deest vero pretio solvat.* Et quid tribui potest emtori culpae, ut eidem hanc obligationem imponamus, cui ipsae leges permittrunt, emere rem, quam parciori pretio possit. Consenserat venditor in pretium minus, qui et dissentire poterat. Consensus autem venditoris a culpa liberat emtorem, qui non tenebatur plus soluere, quam quod conuentione determinatum erat. Quare recte concludimus, ad vsuras residui iusti pretii antequam condicione ad rescindendum agat contractum venditor, nunquam teneri emtorem.

§. VII.

Neque exinde emtor obligatus habetur ad vsuras cum residuo pretio soluendas, quod locupletior fiat cum detimento venditoris. Nam quamuis non negem, damnum ex eo venditorem pati, quod minus iusto pretio accepit; tamen dicamus potius eundem damnum sua sentire culpa.

culpa. Duplex est ratio; vel enim non debebat consentire in vijus pretium, pter tunc si emtor rem appetisset emendam, forsitan maius consensisset pretium, vel si semel forsitan necessitate compulsus in minus pretium consenserat, quid impediebat, quo minus statim experiretur condicione ex L. 2. d. Morā ergo, quod non prius egerit et suum consecutus sit pretium iustum; quod conuentus postea offersit emtor, est venditoris, non emtoris. Hinc ob moram propriam emtori plane non imputandam nec venditor exigit usuras, nec ad eos soluendos obligatur emtor. Neque aliquod pondus habet autoritas PAVLI in c. I. 16. In eo enim capite agitur de promissō pretio in contractu ipso, cuius solutionem emtor non praestiterat, qui ob inde in mora constitutus erat, quem tamen liberat Imperator ab usuris praestandis, cum et fiscus venditor in tradendo morosus, qui exceptionē non adimpleti contractus repellebatur: hinc mora unius cum mora alterius compensabatur, et cum venditor re adhuc usus fuerat, quam emtori non traxiderat, nec usurarum ratio haberri poterat.

§. VIII.

Quanquam liberauimus emtorem, qui conuentus conditione ex L. 2. C. residuum iusti pretii offerebat a necessitate soluendarum usurarum de eo tempore, per quod contractus

188

tractus ab venditore impugnatus haud fuerat; secus tamen sentiendum erit, si postea promittat emitor iustum supplere pretium, neque eius postea solutionem praefstat. Non enim negandum est, statim a quo emitor sese declarat de residuo iusti pretii soluendo, eundem venditori, qui rescissionem amplius vrgere nequit, obligari perfecte ad soluendum. Si ergo non soluit, omnino a tempore promissionis morosus erit, et nihil impedir, quo minus ab eo a tempore morae viariae perantur. Probat MARCIANVS in L. 32. §. 2. π. de Vsur. qui adffirmat *in bonae fidei contrahibus ex mora usuras deberi.*



quicquid nec aliquid nisi ratio patet potest

. 2. Alii
.
Quidam impiorum enim error, qui conseruare
.
.
.
.
.

Leipzig, Diss., 1779 A17





1779.15.

DE
RATIONE VSVRARVM
IN CONDICTI^{ON}E EX L. II. C.
DE RESCIND. VENDITIONE
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.
S O C I O
IN AVDITORIO IVRIDICO
DIE IX. APRIL. ANNO MDCCLXXIX.
DISPVTA T
AVT OR
IOANNES GOTTHELF CAROLVS KEYLING
SCHEEBERGENSIS.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.